DISSERTATIO OCTAVA
DE OPPOSITIS FIDEI CHRISTIANÆ, HÆRESI IMPRIMIS ET ILLIUS JUDICIO.

Quinam ſint infideles & hæretici; & quomodo coërcendi?

I.

HActenus de *ſubſtantia* pręcipuè, & quaſi materiâ ac formâ fidei: cui *principia* etiam & *effecta*, ſub certâ *graduum* diverſitate ita innexa ſunt; ut & ipſa ſimul pro re natâ neceſſariò exponenda fuerint. Ex his, quanquam etiam de OPPOSITIS, ſecundùm omnes partes, & monitum ſubinde aliquid fuit, & per ſe haud difficulter judicari poteſt: tamen ſeorſim etiam hoc loco diſtinctiùs aliquid eſt monendum; de HÆRESI imprimis, ad cujus vel *cautionem*, vel *coercitionem* ac *remedia*, æquè ac praxin contrà & veritatem ſanæ fidei, omnis hęc tractatio noſtra propriè referri debet. Opponitur fidei

II. Fi-